#27


2221





This Book had
Originally (no doubt)
Golden Corners Clasps &c
was bought at Stanley's
abt. 35 yrs ago [illegible]
was my [illegible]
[illegible]

943


FIT LANGUAGE THERE IS NONE FOR THE HEART'S DEEPEST THINGS
Philip S. Collins
EX LIBRIS
Eng. on wood by Timothy Cole 1923





INITIVM SANCTI EVANGELII SECV̄DVM IOANNEM.

IN principio erat verbum: et
verbum erat apud Deum: et Deus
erat verbum. Hoc erat in princi
pio apud Deum. Omnia per ipsum facta sũt:
et sine ipso factum est nihil. Quod factũ est,
in ipso vita erat: & vita erat lux hominum:
et lux in ténebris lucet: & ténebrę eam non
comprehendérunt. Fuit homo missus à Deo,
cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimo
nium: vt testimónium perhibéret de lumine,
vt omnes créderent per illum. Non erat ille
lux: sed ut testimónium perhiberet de lu-
mine. Erat lux vera, quę illuminat omnem
hominẽ venientẽ in hunc mundum. In mũdo
erat: et mundus per ipsum factus est: et mũ-
dus eum non cognouit. In própria venit: et

ſui eum non receperunt. Quotquot autem re=
ceperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei
fieri: his qui credunt in nomine eius. Qui nõ
ex ſanguinibꝰ, neque ex voluntate carnis,
neque ex voluntate viri: ſed ex Deo nati ſũt
Et verbum caro factum eſt: et habitâuit ĩ
nobis (et vidimus gloriã
quaſi vnigeniti a pa=
=tre) plenum gra=
tiæ et verita=
=tis :·~

8


I·N·R·I·



LECTIO ACTVVM APOSTOLORVM

In diebus illis: Dum complerentur dies Pen
tecostes, erant omnes discipuli pariter in eo
dem loco. Et factus est repente de cęlo son⁹,
tanquam aduenientis spiritus vehementis,
et repleuit totam domum vbi erant sedentes. Et apparu
erunt illis dispertitę linguę tanquam ignis, seditque su
pra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu san
cto: et cœperunt loqui variis linguis; prout spiritus
sanct⁹ dabat eloqui illis. Erant autem in Hierusalē ha
bitantes Iudęi, viri religiosi ex omni natione, quę sub
cęlo est. Facta autē hac voce conuenit multitudo: et
mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lin
gua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, et mi
rabantur, dicentes. Nonne, ecce, omnes isti, qui loquun
tur, Galilęi sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusqui
sque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, et
Medi, et Ælamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudęa
et Cappadociā, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphy
liam, Aegyptum, & partes Libyę, quę est circa Cyrenē,
et aduenę Romani: Iudęi quoque, et proselyti, Cre
tes, et Arabes: audiuimus eos loquentes nostris liguis
magnalia Dei.

SEQVENTIA SANCTI EVANGELII SECVDVM IOANNEM

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: et pater meus diliget eum, et ad eum venie-mus, et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audi-stis, non est meus: sed eius qui misit me, patris. Hęc locu-tus sum vobis, apud vos manens. Paraclitus autem, spi-ritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia, quęcunque dixe-ro vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do uobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis, quia ego dixi vo-bis: Vado, et venio ad vos. Si diligerētis me, gauderētis vtique, quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis, priúsquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius, et in me non habet quicquā. Sed ut cognoscat mundus, quia diligo patrem: et sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.



LECTIO EPISTOLE BEATI PAVLI APOSTOLI AD TITVM.

Carissime: Apparuit gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos vt abnegantes impietatem, et sęcularia desideria: sobriè, et iustè, et piè viuamus in hoc sęculo: expectantes beatam spem, et aduentum glorię magni Dei, et saluatoris nostri Iesu Christi: qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorē bonorum óperum. Hęc lóquere, & exhortare: in Christo Iesu Domino nostro.

SEQVENTIA SANCTI EVANGELII SECV̄DVM LVCAM

In illo tempore: Postquam consummati sunt dies octo, ut circūcideretur puer: vocatum est ab angelo: priusquam in vtero conciperetur.